



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Svmma, Sive Avrea Armilla Bartholomæi Fvmi Placentini,  
ordinis Prædicatorum, ac hæreticæ prauitatis Inquisitoris**

**Fumo, Bartolomeo**

**Antverpiae, 1570**

Timor.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30427**

nem non debet ordinati recipi, tamē fallit in multis. c. quoniam. vt lit, non conte. Possunt tamē recipi antequam sciatur persona delinquens, nec se ingerere quia sic essent suspecti. l. vxori, §. 1. ff. de falsc. Debent iurare tactis sacris Euangelij, nisi Episcopus, vel sacerdos. c. de episc. & cle. authen. sed iudex: quia isti iurāt super pectus. de iur. calum. ca. si. Debet exprime re locum, tempus, & modum rei super iuratis. c. de testibus. cod. tit. & quōd super iuratis tantum testificetur, & non super alijs: quia non valet. ar. ca. de testibus. cod. tit.

10 TESTIS falsus talionis pœna punitionis: fec. Bal. in l. 1. ff. ad l. Cor. de sicca nec eum excusat metus. §. q. 5. c. autoritatis. & dicitur falsus, quando iuratus, & exanimatus loquitur falsum. cap. ne quis arbitretur. 22. q. 2. & damnus. dans alteri dicendo falsum, satisfacere in conscientia tenetur. c. si quis in attrio. 17. q. 4. Mortaliter peccat in iudicio mentiens, de his, quæ ad iudiciū pertinent: tum quia iniuriā facit iudici, tum quia partē offendit. Est enim mēdaciū perniciosum. sup. mendacium. §. 5. Negare etiam testimoniū in articulo necessitatis est mortale: quia est præceptū Dei affirmatiuum, estq; in damnū proximi, & boni communis. Et si exigitur à iudice secundū formam iuris, tenetur respondere etiā ad mentem eius, vt iudex est: non de omnibus, sed de manifestis, & de quibus præcessit infamia, vel semiplena probatio, & huiusmodi, & nolēdo respondere, mortaliter ageret, tanquā suo superiori inobediens in materia necessaria, & importanti. Si autem testis requiratur, vel à nō suo iudice, vel non secundum iuris formam, respondere non tenetur: quia in hoc non est eius superior, nisi ex fraternā charitate cogatur: vt quia sic potest liberare aliquē à morte iniusta, vel alio graui malo iniuste sibi infligādo. Sic enim mortaliter peccaret contra proximi charitatem. Quōd si eius testimoniū non requiritur: tamen vt euret malū proximi, debet facere quod potest, denun-

tando bono modo veritatem ei, qui prodesse potest, etiam q. sit religiosus, nisi in causa sanguinis, vbi de irregularitate periculum esset, sup. Accusatio, §. 6. Denunciatio, §. 2. Secretum, per totum. Quomodo secreta possunt, vel non possunt reuelari, vide suprà, Secretum, per totum.

11 ACCIPIENS pecuniam pro ferendo vero testimonio, mortaliter peccat: secun. Arch. l. lo. quia facit expressē contra iura hoc rationabiliter prohibentia, & est turpe lucrū. 14. q. 5. ca. non sanē, & tenetur restituere danti, si per hoc voluit sibi iustitiam ministrari in d. c. non sanē. sed si dedit ad corruptendum, esset restituenda illi, in cuius iniuriā data est, vel pauperibus, & multo plūs mortale, si accepti pro falsitate dicenda, vel tacenda veritate. Potest tamen testis petere expensas: vt not. glos. in c. statutum. de rescrip. lib. 6. & lucrum cessans operum suorum. c. venturis. 4. q. 3. quia proprijs expensis nō tenetur ad hoc, nisi extrema neccitate.

## TIMOR.

TIMOR peccatum est, quando ex timore homo fugit non fugienda. Tunc enim appetitus hominis est inordinatus, & quandoquē mortale est, videlicet si propter timorē mortis, vel pœnæ, vel amissionis honorū temporalium, vel fame, & huiusmodi, quis fugit facere aliquid, ad quod tenetur, vel lege naturali, vel diuina: vel facit, quod fieri prohibetur per easdē leges: vt qui adorat propter timorē idōlū, vel non cōfiteatur se Christianum, vel non corrigit corrigendū, & huiusmodi. Debemus enim Deū timere, & vitā animæ magis seruare, quā quodcunque aliud. Quando autē quis de duobus malis propter timorē fugit maius malū, nō peccat: quia hoc est secundum ordinū rationis: ideo iste timor à peccato excusat. Quomodo autem excusat timor cadens in constantē virum, in hic, quæ sunt de iure positiuo. suprà, Coactio, §. 2. De hac materia Tho. secunda secundæ. q. 125. Quæ sunt illa mala, quæ iuste incutiunt ti-

O a motem

morem cadētem in constantem virū.  
Sil. ver. metus. q. 1.

## TYRANNVS.

**T**yrannus secundum Gre. in libr. moral. est, qui in repu. non iuridicē principatur, quod dupliciter fieri potest, vel quia & si sit verus dominus, non tamen tempub. regit debito modo, sed ad propriam vtilitatem, imponendo ei grauamina, vt sit hodie quasi vbiq;: vel quia vsurpauit sibi dominium vi armorum, vel alijs vijs iniquis: & talis proprie dicitur tyrannus, & a quolibet de populo licitē potest occidi, quando non est recursus ad superiorē, a quo possit iustitia fieri: secundum Thom. 2. sent. d. vl. q. 2. a. 2. ad vl. ibi defendit dictum Tullij. l. d. offic. Huius enim ratio potest esse quia talis tyrannus habet bellū iniustū contra omnes de populo, & hi contra eum habent iustū bellum: ideo licet, nisi ex hoc maior populi sequeretur turbatio, vel maius damnum. Et si sic occidatur, non occidatur priuata potestate, sed publica, aliās non liceret: secundum Tho. de regu. princip. cap. 6. De Tyranno autem primo modo dicto non sic licet, ideo fuit reprobata propositio in concilio Constantiū. dicens quemlibet tyrannum a quolibet posse occidi, supra, Bannitus, §. 1. in ver. seditio per totum. Licet tyrannus mortaliter peccet faciendo opus iustitiæ, quod sibi non competit, cum non habeat verū dominium: tamen illi, qui rogant, & petunt ab eo opus iustitiæ, quam alio modo habere non possunt, excusantur: quia non suadent ei peccare mortaliter, sed maius malum vitare. Est enim maius malū dominari tyrannicē sine iustitia, quam sit dominari, & iustitiā tenere, quamuis vtrunq; sit peccatū in ipso, sicut minus malū est fornicari, quam adulterare. Ideo si quis adulteranti suadeat fornicari potius, non peccat: vt dicit Cai. ibi, sic in proposito. Et quod hoc sit licitum, probat vsus omnium degentium sub tyranno. Ita concludit Caieta. ibi in summ. & Bene. Deus autem tyrannos regnare permittit in

damnum & punitionem malorum.  
Tho. 2. sent. d. 44.

## TORNEAMENTVM.

**T**ORNEAMENTA quæ sunt, vt homines vires suas experiantur, vel causa addiscendi artium vsus, si non essent prohibita ab ecclesiæ, nec inesset periculū vitæ corporis, vel animæ, essent licita, sed quia prohibentur. c. 1. eod. tit. & sæpè proueniunt mortes, & pericula animæ & corporis: ideo mortaliter peccant facientes, sicut supra dictum fuit de duello, & hastiludio: vnde & ibi morientes, etiā quod eos pœniteat, ecclesiastica carent sepultura, vt ibi canon vult.

**P**UGNANS torneamento est reus homicidij, & irregularis, si ibi aliquis occiditur, etiā a casu: quia cum de operā rei illicitæ, quicquid accidit, sibi imputatur. de hom. cap. si. & si vulnus ibi accipiat, & extra moriatur, & sit certum q; ex illo vulnere mortuus est, nō poterit in sacro sepeliri. Secus si est dubium: quia pœnæ sunt restringendæ. Similiter si non causa pugnandi accessit, sed alia, & ibi mortuus est, etiā a casu, vel vulneratus. Quod si animo pugnandi quis accessit, non tamen pugnavit, & ibi aliquis fuit occisus, non poterit secundum Cos. promoveri ad ordines: quia ad rem cōdemnatā accessit. Episcopus tamen cum tali dispensare poterit, sicut de existētibus in bello iniusto, sed non occidentibus, vt dicit Sil. ver. homicidium. 3. §. 6.

## TORTVRA.

**T**ORTVRAM inferens alicui sine indicij sufficientibus, vel semiplena probatione precedente, vel personis, quas de iure torquere nō potest, mortaliter peccat: quia proximo damnum, iniuriamque infert, & contra iustitiam facit.

**T**ORQVERI nō debet impubes minores 14. annorū, licet ex illi possint. l. cum Silleianū. c. ad Sill. Milites, mulieres p̄gnantes non debent torqueri, etiā indirecte, vt dādo falsa ad cruciandū eos sit, & huiusmodi. Item quādo aliter quā per torturā potest veritas exigi, non debet quis torqueri, neque